GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200
Seite 26r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

uniquus iste roboratur. quia prosperari in ma
la sua actione putatur. quatenus et puerilia
faciat. et tamen feliciter uiuat. De quo ad
huc subditur. Cucurrit aduersus eum erec
to collo. Erecto collo aduersus dominum curre
re est. ea quae creatori displicent cum
audacia appetere. De quo recte dicit cu
currit. id est in malo opere de aduersita
te obstaculum non habuit. De quo adhuc
additur: Et pingui ceruice armatus
est. Pinguis ceruix est opulenta superbia.
affluentibus uidelicet rebus quasi multis
carnibus fulta. Potens quippe uniquus contra
dominum pingui ceruice armatur. quia rebus
temporalibus tumens contra praecepta ue
ritatis quasi de magnitudine carnis
erigitur. Quid enim pauperitas nisi quae
dam macies. et quid rerum habundantia
nisi pinguedo est uitae presentis. Pin
gui igitur ceruice se contra dominum erigit. qui
temporalem habundantiam in superbia
assumit. Habent enim hoc potentes
et uniquique proprium. ut fallacibus diuitiis occupati. ueras diuitias negligant. et
quanto minus quod uerum est inquirunt.
tanto amplius falsis diuitiis extollun
tur: Cura etenim multiplex terre
narum rerum. quia occupatos excecat.
Vnde adhuc subiungitur. Opertum facie
eius crassitudo. Visus quippe in facie est.
in qua et prima corporis honorabilior
pars est. Non igitur immerito mentis in
tentio per faciem designatur. quia quibet
uertimus. illuc uidemus. Faciem igitur

crassitudo operitur. quia desiderata terre
narum rerum habundantia oculos men
tis premit. Et hoc quod in eis est honora
bile debuit. ante dei oculos ferre. quia
curis multiplicibus aggrauat. Nubes
tamen nec solum sufficit. ut ipsi superbi
antur. nisi et hi qui eis coniuncti sunt.
de eorum pinguedine etiam ipsi gleniantur.
Nam sunt nonnulli qui patronis ma
ioribus adiuncti superbiunt. et de eorum po
tentia contra uniopes extolluntur. Vnde
adhuc subditur. Et de lateribus eius ar
uina dependet. Nuda aruina pingue
do carnis est. latera dicere diuitias solet
mus. hos quos eis coniunctos cernimus.
Aruina de lateribus eius dependet. quia
quisquis potenti et uniquo adheret. ipse
quasi de eius potentia uelut expinguedi
ne rerum tumet. ut patrum puerisi in
iquitatem sequens dominum non timeat. quos
ualet et quantum ualet pauperes affligat.
de gloria temporali cor eleuet. Cum igitur talis
est qui uniquo potenti adheret. de eius
profecto latere aruina dependet. De quibus
adhuc subditur. Habitabit in ciuitati
bus desolatis. et in domibus deserti. quae
in tumulis sunt redacte. Nuda enim a
conuersatione conuiuentium ciuitas
appellatur. Ciuitates desolate sunt ipsi
obsequentium puerorum eunei. qui oro cla
moribus iste laudatur. cum ad prauas opera
pnequitia rapitur. Vnde scriptum est.
Laudatur peccator in desideriis anime
mae suae. et qui uniqua agit benedicitur.